

Omnia attri- buta relucet in Christi charitate. explicant apud Lorinum, sunt Divinae perfectiones attributales, quae sunt lucet, ac splendet s. Sanctorum ad suas operationes ac actiones dirigendas: omnes huiusmodi splendores, ac divinae perfectiones attributales relucet in hac infinita Dei charitate, omnipotentia immensitas, scientia, misericordia, iustitia, decus toto rigore Christus satisfecit: ac fortitudo, quae ibi in Passione eius abscondita est. Habac. 3. n. 5. Tertio. Pondus. Inter omnia metalla aurum valde ponderosum: tam ponderosa fuit Divina Charitas, ut plus praeponderaverit, quam vita unigeniti filii dei: Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret Joan. 3. n. 16. Quarto. Facilius materia: Nam ut testatur ipsemet Plinius, aurum inter omnia metalla maxime extenuatur, ac extenditur. sic Filius dei praesua charitate se se extenuavit, ut dicat paulus ad philipp. 3. n. 7. Semetipsum exinanivit, formam servi accipiens. Quinto. Constantia. Aurum valde forte, & constans, ita ut teste Plinio, si per integrum diem sit in igne, non consumetur, sed magis ac magis purificetur: valde fortis, & constans est divina charitas, ita ut dicatur Cantic. 8. n. 7. Aqua multa non poterunt exinguere charitatem Et Job in persona Christi in sua passione dicat 6. n. 12. Nec caro mea aenea est: pro multitudinem eorum quae in passione sua pertulit. Sexto. Munditia. De auro testatur Plinius, quod nulla rubigo, nulla arugo, non aliud ex ipso est, quod consumat bonitatem, minuat pondus. Sic & charitas a peccatorum maculis abhorret Non gaudet super iniquitate. 1. Cor. 13. n. 5. tanta fuit Christi charitas, quod cum ipse sit ipsamet puritas, & sanctitas, qui peccatum non fecit nec dolus inventus est in ore eius Isai. 53. n. 9. tamen figuram peccatoris non abhorruit, ut dicit Apostolus. 2. Cor. 5. n. 21. Qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, id est pro nobis voluit peccator reputari, ac inter latrones crucifixus mori, ut communiter explicant Patres Graeci. Septimo. Medicina Plinius: Aurum, ait, pluribus modis pollet in remediis, vulnerisque salutare applicatur. Ex immensa Christi charitate: livore eius sanati sumus. Isai. 53. n. 5. Vatabl. In livore eius nobis est medicamentum. Nempe morte, passione, ac sanguine Christi, Sacramentisque ab eo institutis. Octavo. Miracula. In auro multa sunt miracula, ut patet ex facilitate eius materiae constantia, munditia, ac medicamine: omnia in Christo D. fuerunt suprema, & altissima miracula, quae pro sua infinita charitate est operatus ut immensus contractus esset in utero Virginis; & ut qui omnibus praebet alimenta, parvas lactis guttas expectet ab ubere Virginis: & quod cum ipse sit vita per essentiam: sit crucifixus, & mortuus. Unde Divus Ephrem oration. 2. de Beata Virgine Christum appellat praestantissimum Orbis miraculum, ac miraculum miraculorum. Nono. Pretium. Aurum inter caetera metalla majoris est pretii: Christi sanguis inter caetera summi, & praestantissimi pretii, ut pote infiniti valoris. Unde ait Paulus 1. Corinth. 6. numero 20. Empti estis pretio magno. Ex quo clamat D. August. in Psal. 102. Magna res anima, quae Christi sanguine redempta

est. Gravis anima casus, qui nisi cruce Christi potuit reparari. In hac nostra Apocalypsi vidit Joannes dei filium qui cum magno trophaeo, ac triumpho exiens, vincens ut vinceret: Et vestitus erat veste aspersa sanguine: & vocabitur nomen eius Verbum Dei Apocalyp. 19. num. 13 Reges, ac Imperatores in magnifico, ac pomposo triumpho induunt se regali purpura, saphiro, ac smaragdo, alisque lapidibus pretiosis intexta; ac filius Dei in magnifico, ac glorioso suo triumpho mortis, ac principis tenebrarum qualinam veste componitur: ea nempe, quae excellentior est super aurum, lapidem pretiosum multum, quae infinitae majestati ac tam per excelso triumpho conveniens, ut esset ejus sanguine infiniti valoris insignita, ac conspicua: hactantum infinitus dominus poterat, componi, & exornari D. August. serm. 178. qui est de Ascensu. Ascendebat Dominus, ait, crucis cruce perfusus, ac triumphalibus victoribus laureatus.

QUESTIO LII.

Explicatur zona aurea, prout in ea significatur Iusti Christo adherentes.

PRIMO. Divus Gregorius lib. 21. Mor. capite 8. sic ait: Zona in pectore, est refractio malorum in corde, ne hominem laedant, estque aurea, quia quisquis superna patria civis est, non tam timore supplicii, sed amore charitatis immunditiam deserit, bonumque operatur. Præcingi ad mammillas, est cohibere mala in corde, ne exterius prodeant, & hominem inficiant: ad hoc nonne sufficiens erat quilibet zona plumbea, vel ferrea, cur aurea ad cingendum assumitur? Quia cohibitis nostris cupiditatibus, obsequia debemus Deo praestare, non zonis aut vinculis ferreis timoris, sed aurea dilectionis charitatis zona: Non timore supplicii, sed amore charitatis immunditiam deserit, bonumque operatur. Hinc à Regio Vate sponsa decantatur pulcherrimo ornatus vestita, Zonis aureis splendens: In sinibus aureis. Psal. 44 numero 15. quod adducere- tur ad divina praecepta adimplenda, ac ad dei obsequium exhibendum, non ferrea metus coactione, sed aurea dilectionis catena coacta. Quod etiam docet idem Divus Gregorius lib. 34. Moral. cap. 8. Auri nomine, ait, charitas nominatur, sicut Angelus, quem sibi Joannes loqui aspexit, ad mammillas zona aurea cinctum videt, quia nimirum supernorum civium pectora, dum penali iam timore nequaquam subiecta sunt, atque à se vitissim nulla scissione solvantur, ex sola charitate constringuntur. Secundo. Joachimus Abbas: Zona aurea, ait, virtus est interna munditia; firmum, & inconcussum castitatis propositum specialis: dissimilis est huic zona pellicea in perseverantia, in colore, & in pretio. Illa enim cito deficit, & in brevi consumitur vetustate, ac novitate sui conservatur diutius; quia aurum

aurum natura impuribilis est; in pelle splendor non est, in auro est; quia illis Deum suum videre conceditur, qui zonis aureis circa pectora mununtur. Præcinctio zonae aureae ad mammillas, custodiam internae castitatis denotat, quae mens viri spiritualis stringenda est, ne per illicitas luxuriae cogitationes dissolvatur; ad hoc praecelsit caput, ut membra instruerentur. At ad hanc praecinctionem ad mammillas nonne suffiebat zona pellicea; ad quid aurea requiritur? Zona pellicea vilis, brevi consumitur, ac nullum habet splendorem; at zona aurea, valde pretiosa, natura impuribilis est, ac maxime fulget. Merito ergo hac zona praecinctus est filius hominis ad mammillas, castitatis enim virtus valde pretiosa, constans, & inconcussa est, fulgoreque sui exemplo in hac vita, & in aeterna felicitate splendoribus visionis beatæ. Tertio, Galfridus Abbas: Nec mirum, ait, si in se quidam mundissima, & integerrima illa vestis, ea exterior vita apparuit, intus vero sapientia plenitudo, & in corde ejus, lex divina praeceteris filijs hominum fuit; & foras ipsa est zona aurea quae per circuitum ad mammillas, ubi sedes est cordis, hunc filium hominis addidit, qui vestitum podere ante a perhibuit. Cooperatus erat filius hominis insigni veste poderis cur zona illi necessaria, quando ipsa vestis poderis, maxime ita corpori stricta, ut sine cingulo corpori adaptaretur, ut jam dixi, & de veste tali tradit D. Hier. Epistola ad Fabiolam; Vestis illa poderis, perfectam, & consummatam justitiam quoad exterius significat; inde additur illi zona aurea ad mammillas, ubi sedes est cordis: talis ergo circulus innuit perfectam virtutem, cum consummata aurea charitate; ut ostenderet, virtutis perfectionem, non solum exterius, sed & interius illi inesse: Illa veste, exterior vita apparuit, intus vero sapientia plenitudo, & in corde ejus lex divina. Quarto, Primasius, Victorinus: Zona aurea chorus sanctorum, inquit, duo hic inquirendum cur chorus sanctorum mammillas Christi praecingens zona aurea dicitur; & quid agunt Sancti dum instar zonae pectus Christi circumdant, pendentque ab uberibus ejus? Percipiunt namque corporis & sanguinis ejus Sacramenta, quae per ubera Christi significantur. Tres patres illud Cant. 1. n. 1. Meliora sunt ubera tua vino: sic inquit, quod si ubera mystice vis intelligere, per ubera illa admiranda, ac una praestantiora cogita ineffabiles illos altaris fontes, ex quibus nos omnes pietatis alumni nurrimur. Ex quo pondera, quod dum Sancti à pectore Christi pendent ejusque Sacramenta corporis, ac sanguinis sugunt; dicuntur aurei: Zona aurea. Sic extolluntur, ac nobilitantur, ut non luceat, ac terræ, sed toti aurei appareant; ait deus Moysi, Facies altaris ad adolendum thymiana de lignis Sethim, vestitusque illud auro purissimo. Exod. 30. n. 1. Ligna Sethim olim erant valde pretiosa, non solum quia incremabilia, & impuribilia erant, sed quia multo candore fulgebant, cur ergo auro vestienda? Quidquid enim ad altare Domini accedit, non in qualibet conditione, sed in excellentissima ac praestantissima constituitur, ut totum aureum appareat. Quinto, D. Ambrosius. Per zonam auream, ait, Patriarcha & caeteri Iusti, qui ante legem fuerunt designantur. Quae aurea fuisse dicitur, quia mul-

tis tribulationibus, sicut aurum in fornace, probati esse noscuntur: sicut Abraham, qui de igne Chaldaeorum erutus est: sicut Loth, quem Sodomitae afflixerunt: sicut Isaac, qui cecitatem pertulit. Iusti, ut jam dixi, & iterum dicam, significantur per zonam ad mammillas, ubi cor est & recte denotantur per zonam, non quamlibet, sed auream; quia iusti, sicut aurum in fornace, multis laboribus probantur, & his dicuntur in corde Christi; quia iste Dominus suorum labores, ac merita habet in corde, ac pectore, ut pro eis praemia reddat, coronas distribuat aeternas. Sexto Beda ait: Zona aurea, chorus sanctorum est, cordis charitate Domino adherens. Per zonam auream interpretantur iusti, qui charitate ferventes inter ubera Domini commorantur, ibique inveniunt asyla, munimen, actures, quibus maxime custodiuntur, ita ut non valeant, ab hostibus expugnari, juxta illud Cantic. 8. n. 10. Ubera mea sicut turris. Pulchre Guillelm. Abbas apud Deltium: Ubera mea, non tantum sunt ubera, sed etiam tanquam turres; nutriunt ut grandescant, quos munime à facie inimici. In illius pectora sunt ubera, ut sint etiam turris ubera ut nutriant: turris ut defendant, & tuerantur, quos nutriunt. per civitatem suam dilectum querebat sponsa; tunc contigit, ut ipsa ait Cantic. 5. n. 7. Invenierunt me custodes, qui circumveniunt civitatem, percusserunt me, & vulneraverunt me: vulnerum pallium inveni mihi. At aliter ei contigit cap. 3. num. 2. quod dum quæreretur suum dilectum Invenierunt me, ait, vigiles, qui custodiunt civitatem: num quem diligit anima mea, vidistis? Paululum cum pertransissem eos, inveni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam. Bis inventa dicitur à custodibus; magno tamen discrimine; nam primo cum invenitur, vulneratur, percussitur, palliumque ab eis auferitur; at vero secundo cum invenitur, non vulneratur, nullumque incommodum reportat; si in primo in tor pericula incidit, quomodo in secundo ab illis libera evadit, quid amplius habuit in secundo? Praeferebat Dei dilectionem secum, quam publicabat, ac evulgabat: Num quem diligit anima mea, vidistis. Et tali secuto munita omnia pericula superavit: in secundo eventu, cum sine illo in tor discrimina incidisset in primo eventu, libera evasit. decantat regius Vates Psal. 5. n. 15. Scuto bona voluntatis tuae coronasti nos. D. Cyril. Alexandrin lib. 3. in Isai. legit: Velut armis benevolentia coronasti nos. Ipsa divina benevolentia dum nobiscum defertur, tanquam arma, nos custodit, & tuetur, sic ait citatus Cyrillus Benevolentem enim, & pacato Deo, & Patre, arma nobis infracta exhibuit, & factus est Christus, se telis maligni pro nobis opponens, populumque suum invulneratum, & ab ejus malitia immunitatem, intactumque custodivit. Apoc. I. n. 14. Caput autem ejus, & capilli erant candidi, tanquam lana alba, & tanquam nix, & oculi ejus tanquam flamma ignis:

VERSIONES.

- Syrus. Et dii albi, sicut lana alba.
Arabicus. Et nive superiores in candore.
D. Cypr. l. 2. Et capilli erant albi, vel adversus lut lana, aut nix.
Judaeos.
D. August. Sicut lana alba, & nix.

EXPOSITIO X.

418. Cur prater caput, facit mentionem de capillis.

CAPUT autem ejus, & capilli erant candidi: hae canitie significantur Christi aeternitas, ac proinde consequenter ejus omnis scientia, omnis prudentia, omnis providentia; cani enim sunt Senes; & ait, quod caput, & capilli erant candidi; quia aliqui habent caput candidum, capillos vero barba nigros; vel e contra; quod non est signum perfectae senectutis: ut ergo ex omni parte indicet perfectam Christi aeternitatem, ait totum caput, omnesque ejus capillos candidos esse. Tanquam lana alba, & tanquam nix. Multis comparationibus utitur ad majorem rei expressionem; & quia nix non solum est candida, sed etiam nitens, ac splendens, omnia in Christo fulgent, & nitent in toto orbe.

419. Jerem 32.

Oculi ejus tanquam flamma ignis. Judices sunt irae Christi, & vindictae in hostes Ecclesiae, ac omnes iniquos, a qua nemo subduci, ac abscondi potest juxta illud Jeremiae 32. n. 19. Oculi ejus aperti sunt, ut reddat filiis Adam secundum fructum adinventioem eorum.

QUESTIO LIII.

Quare Christus hic appare capite, ac capillis candidis?

420. Daniel. 7. Christus suo at mo Patri casus.

PRIMA, & communis expositio est, quod quamvis Christus D. sit speciosus praefiliis hominum; tamen Joanni hic appa et senex, ac iam provectae aetatis, ut ejus genitor visus est a Daniele cap. 7. n. 9. Antiquus aeternum se ait, & capilli caput ejus tanquam lana mundae. Ut sic significaretur Christum D esse coaeternum, ac coaeternum Patri suo; capillorum enim candor antiquitatem, & aeternitatem denotat, ut patet ex citato Danielis loco. Rupertus lib. 1. in Apocal. sic ait: Hic, atque illius capilli capitis aque candidi sunt; uterque per candorem capitis senex ostenditur; nulla distantia; quia videlicet, nec anno, nec mense, nec die, nec hora, nec puncto temporis filius iste junior est illo tam senex Patre suo.

Rupert.

421.

Et notandum, quod sicut ille antiquus dierum vilus est a Daniele senex secundum caput, ob suam aeternitatem: sic etiam hic Christus senex apparet secundum caput, hoc est, secundum divinitatem. Caput Christi Deus est. 1. Corinth. 11. num. 3. secundum quam coaeternus, ac coaeternus est Patri; & recte Joannes hic Christi aeternitatem exprimit; tunc enim tempore illo insurrexerunt Heresiarum garricantes, Christum ante Abraham, ac Virginem Mariam non existisse, sed eis omnino posterioriorem esse. Ecce cur necesse fuit, sic Christum apparere cum capitis canitie, ut totaliter hic error amputaretur; sicque Christus sua Ecclesiae periclitanti subvenit; ac succurrit: Subscribit Rupertus: Constat, ait, suas blasphemias Antichristi, ut negarent Christum existisse ante Mariam: at ille sibi providens, imo sua Ecclesia in fide periclitanti consulens, Joanni huic suum demonstrabat caput, pra antiquitate candidum, quod non solum ante Mariam, sive ante Abraham, sed ante Luciferum erat sine tempore genitum, ante tempora Paere natum, describitur ergo hic Christus, ut summus Sacerdos, ac Pontifex veste poderis, ut verus Rex zona aurea, ut verus Deus coaeternus Patri canitie capitis.

1. Cor. 11. Christus sua Ecclesia periclitanti subvenit.

Secundo Andreas Caesariensis, Et si nostra causa carnem induit recens in medium prodit, secundum se tamen antiquus, imo vero modis omnibus sempiternus est; atque in hujus rei argumentum canis capillis operis cornitur. Similiter Aretas per caput, ac capillos candidos interpretatur mysterium Incarnationis, sicut enim caput capillis cooperitur, sic divinitas humanitate abscondita erat in Christo. Capilli sunt candidi, quia ipse absolute in se antiquus dicitur, quia ipse absolute in se antiquus dicitur, vel ut ait Aretas: Mysterium Incarnationis novum manifestatione, beneplacito ac decreto ante saecula. Juxta illud Pauli ad Coloss. 1. n. 26. Mysterium, quod absconditum fuit a saeculis, & generationibus, nunc autem manifestatum est Sanctis ejus. Et recte humanitas per capillos denotatur, nam sicut hi sunt tenues, & fragiles, sic & humanitas, & Verbum dei corpus assumens, humanam fragilitatem, ac debilitatem non respuit. Galfridus Abbas Conci. 34. Hoc loco fortassis principium nobis principatus innuitur, juxta illud, in capite libri scriptum est de me, quod si Incarnatio secundum hoc intelligitur manam, e us ejus caput, dicamus etiam capillos de capite ejus fragilitatem procedentes, multiplices ejus necessitates, & Aretas non respuit. minores ex eadem origine procedentes, quia enim fragile corpus assumpsi, plurima etiam fragilitatis corporis signa dedit.

Rupert. Christus Pontifex, Rex verus Deus.

422. Andreas.

Aretas. Mysterium Incarnationis

Galfrid. Dei Verbum assumens naturam humane, quod si Incarnatio secundum hoc intelligitur manam, e us ejus caput, dicamus etiam capillos de capite ejus fragilitatem procedentes, multiplices ejus necessitates, & Aretas non respuit. minores ex eadem origine procedentes, quia enim fragile corpus assumpsi, plurima etiam fragilitatis corporis signa dedit.

423. Aretas. Viegas.

D. Greg. Job. 1.

Cogitationes Dei ab aeterno & incomprehensibiles.

Rom. 11.

Psal. 35.

426. Rupert. Eldr. 4. c. 2.

Dens col. v ad premia, mortuus ad poenam

429. D. August. Cantic. 5.

judic. 16.

Pet Sacramenta communicat Christi fortitudo.

426. Rupert.

Puritas scripturae Sacrae que ex multis scripturis

describuntur. Et dicuntur capilli candidi ad instar nivis: nix habet quendam nitorem, & tanquam radios se emittit ob quos splendida dicitur, & ex hoc merito divina cogitationes ei comparantur; nam adeo splendentes, & fulgurantes sunt, ut omnem creatum intellectum obsecatum reddant, si eas perferuntur curiosae voluerit. Hinc Paul. clamat Rom. 1. n. 33. O altitudo divinarum, quam incomprehensibilia sunt judicia ejus! Et Psal. 35. n. 27. Judicia tua abyssus multa.

Quarto Christus D. hic, ut ait Rupertus Abbas per candorem capitis senex ostenditur; & tamen Eldras juvenem eum vidit, ait enim l. 4. c. 2. n. 42. Ego Eldras vidi in monte Sion turbam magnam, quam numerare non potui; & in medio eorum erat juvenis statura excelsus, eminentior omnibus illis, & singulis eorum capibus imponebat coronas. Ecce Eldras juvenis apparet, Joanni autem senex & multae aetatis, cur tam diversimode sic apparet: Eldras ostendebatur suos coronans, eorumque laboribus, ac meritis praemia conferens; at Joanni representabatur ut castigaturus, ac reprehensus aliquos Asiae Episcopos. Apud Eldram juvenis visitur, tanquam diligens, ac juveni celeritate utens, ad suorum merita coronanda, ut crederetur brevissimum tempus interesse inter eorum labores, ac praemium collatum. At Joanni non mirum, quod senex appareat, tanquam lento gradu veniens ad puniendum, ut sic ostendatur, ad castigationem vix procedere, nisi post longissimi temporis expectationem, quae sufficeret ad senectutem faciendam. De quo multa in nostris libris in Evang. Verbo Misericordia.

Quinto. D. August. tract. 37. in Joan. qui per capillos Christi Sacramenta interpretatur; ad illa Canticoem verba cap. 5. n. 2. Aperi mihi foror mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis necturum: Sic ait August. Caput Christi Deus, sed portantur in crinibus, id est, in Sacramentis visibilibus. Guttae nempe ad rores divinae gratiae Cui expositioni cohaeret illud quod de Samone refertur cap. 16. Judic. num. 19. quod in septem crinibus ejus residerebatur tota illius fortitudo; quibus relectis, omnis fortitudo ab eo recessit; sic & Christus in septem Sacramentis, tanquam in septem crinibus, omnem suam fortitudinem ostendit; ea enim ad gratiam communicandam instituit. quae cum haeretici negant, quasi a Christo fortitudinem suam exidere conantur.

Sexto. Rupertus in praesenti: Capilli, ait, a capite procedunt, & multis sunt; multa enim sunt Dei verba, quae de uno, vel per unum Verbum, quod erat in principio, praecesserunt. Deus Verbum, & unum caput est. verba autem multa, quae ab eo per Scriptores Canonicos. Prophetas ac Evangelistas processerunt tanquam multi capilli unius capitis sunt; sed cur lana comparantur? quia sic ex lana, ac ejus filiorum textura fit vestis, sic de multiplicibus Dei verbis in vocem prophetarum, ac Evangelistarum transfusus scribendo contexta est Sacra Scriptura quae recte lanae abae comparatur, ut dicitur Psal. 111. n. 9. Eloquentia Domini, eloquia casta. D. Hier. Eloquia mundi Alit ex Hebraeo: immaculata. Et etiam tanquam nix dicuntur, ob suam munditiam, ac puritatem, quae per nivem significatur; & dicitur me, & super nivem deal-

abor. Psal. 50. n. 9. Nive dealbabitur in Sel. mon. Psal. 67. n. 5. Psal. 90. Psal. 67.

Septimo Per Capillos Christi, qui dicuntur candidi tanquam lana alba, ac nix, intelliguntur Sancti, quod multipliciter explicatur. Et primo Beda: Propter multitudinem dealbatorum innumeram. Secundo Pannonius: Quia sicut capilli de capitis substantia non sunt, sed de ejus tamen virtute procedunt: sic & justus, quamvis substantiam divinitatis non participant, virtutem tamen gratiae a Christo hauriunt. Tertio. D. Bern. Senes Capilli, ait, id est, sancti per fidem, Christo adhaerentes capiti, per abstinentiam extenuati, perseverantia dealbati, canis facti, & mundificati. Capilli cum sint tenues, denotant justos extenuatos per poenitentiam, candidi vero, ipsosmet peros significant, & perseveranter, tanquam in amore Dei senescentes. Quarto. Premo illa verba. Christi adhaerentes capiti; adhaerent Christi candido ob suam puritatem etiam justus ob participatam puritatem candidi sunt; Caput ejus aurum Cant. 5. n. 11. Reclinatorum aureum. Cant. 5. n. 10. Gilliber. Abbas serm. 8. in Cant. Caput aurum aurum optimum, reclinatorum aureum non invenit, sed reddit, ubi se reclinat. Justus qui adhaerent capiti suo candido Christo, sunt candidi, ut dixi supra q. 52. n. 13. Quinto Dionys. Carthusian. Riche lus: Justi dicuntur capilli candidi, ut lana alba, & mollis, & calefactiva; sic isti sunt albi cordis munditio, miles, per docilitatem, ac mititatem habentes cor carneum ad susceptionem devotionis apertissimum, calefactivum propria mentis, ac proximorum, per infusum sibi divinum amorem. Nix etiam dicuntur quae frigiditatem & ipsi concupiscentiae carere fervore, & frigiditatem mundi hujus amore. Justus calidus Dei ac proximi amore frigidus saeculi amore Sexto Primas. Capillos albos, praeciosos, justitia viri virtutibus entientes, multitudinem candidatorum dicit. D. Bern. Ex hoc concluditur Sanctorum Christo adhaerentium sublimitatem. Justus non per barba pilos, sed per capitis capillos denotantur Capi enim nihil sublimius in toto corpore; sic & justus sublimantur a Deo eique in tanta estimatione sunt, ut ad hoc significandum, dicantur quodammodo esse super caput.

427. Beda. Justus miles, Pannon.

D. Bern. Justorum poenitentia, ac perseverantia

Cant. 5. n. 11. Reclinatorum aureum. Cant. 5. n. 10. Gilliber. Abbas serm. 8. in Cant. Caput aurum aurum optimum, reclinatorum aureum non invenit, sed reddit, ubi se reclinat.

4 Christi candidi.

Carth. Richel. Justi calidus Dei amore, frigidus mundi concupiscentia.

Primas.

Justi qualis sublimis.

428. Justus confert manum in omnibus suis Dei voluntas.

429.

Pannon. Iudex percussit eum senibus reverentia, danda.

Le. 19.

Imma